

dijs, quia omnipotens & liberrimum  
agens: & hoc facit in nostram consol:

## DE TERTIO.

*Vnus autem ex illis, &c.*

Novem sunt ingrati, unus tamen  
Samaritanus revertitur, *cum videret se  
esse mundatum.*

V S V S.

Credentes possunt amittere fidem, si  
enim leprosi non omnes fuissent fide præ-  
diti, Christum non habuissent pro vero  
auxiliatore, imò & ipse Christus preca-  
tioni illorum non reliquisset locum.

i. Tim. 7.  
Rom: 11.

Qui enim sine fide petunt, nihil impe-  
trant, & sine illâ impossibile est placere  
Deo. Qui ergò stat, videat ne cadat.

Jacob 1.  
Hebr: 11.  
i. Cor: 10

Exemplo Samaritani non imitemur  
magnam frequentiam impiorum. Sin-  
gulari studio gestus Samaritani descri-  
buntur: *Cecidit in faciem,* &c. In me-  
moriâ enim æternâ debet esse justus.

Rom. 12

ψ. 92.

Demus ergò & nos Deo gloriam, ore,  
corde, opere.

## DE IIII. LOCO.

I. Notetur exostulatio Christi:

*Nonne decem?* Ingratitudo hor-  
rendum peccatum, Deoq; summopere di-  
splicens. Christianis itaq; fugienda.

Prov: 17.

II. Ab-